

1530. 21. Octobris

Sigismundus primus Rex Poloniae

Domini Hungaris Primoribus

30

Magnifice sinare nobis dilectis Magna nos afficiunt. Commiseratione casus et successus Illustris Domine Sophiae Masoviae Ducis in quibus hoc tempore partim propter Regni Hungariae Diffensiones et armorum bellicos tumultus partim propter maritum amissum non sine dolore et angustia illam versari audimus. Cum enim illa consilio et Consilio nostro magnifico Stephano de Bathor Palatino Regni Hungariae defuncto sit dispensata et post illius mortem fatis Regni Hungariae ita volentibus in dissimine et periculis constituta, non possumus nisi graviter illius conditionem ferre et illius adversae fortunae misereri quam ope et auxiliis nostro etiam sublevare quantum in nobis est non recusavimus, verum quia illa extra Regnum nostrum ducta, domicilium in isto altero Regno cuius et tuae primarius Consiliarius existit, firmavit illam hortamur,

et  
○○○

1530 y 21 Octobris

et simul etiam ab illa postulamus, ut Dic-  
tam Dominam Duem Lophtiam benivo-  
lencia et favore suo complecti illique consi-  
lio opera et protectione quo ad eius fieri  
potest adesse velit in quo fauet s. tua rem  
officio et pietate sua dignam et nobis sin-  
gulariter gratam, quam s. tua vicissim  
benevolentia et gratificatione nostra Regia  
referre semper curabimus. Quae bene valeat  
Dada Cracoviae XXI. Octobris Anno Domi-  
ni MDLXL Regni nostri XLV.

*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*